



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetii, 1650

Pars Prima. De ijs, quae ante Synodum agenda sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

DE NOMINE ORIGINE,

Et Definitione Synodi Dioecesanæ.

P A R S P R I M A.

Cap. I.



- 1 V M partes nostræ ex sint precepit, ut Praxim Dioecesanæ synodi celebrandæ describamus in ijs, quæ ad Theoriam potius attinent, non immoratur.
- 2 Est enim Synodus, Græcæ, Concilium latine, seu ceteris, vel Congregatio. cap. 1. §. Synodus. 15. dist.
- 3 Et licet originem habere videatur ab Apostolis Act. 15, quia tamen ibi conuenerant Apostoli, qui erant Episcopi, & seniores; deducimus originem Dioecesanæ Synodi libentius ab Act. 21. ver. 18. Ann. D. 58. vbi sub Iacobo Episcopo Hierosolymitano omnes seniores, Græcæ presbyteri, fuere collecti, in causa S. Pauli. & Nota, quod de primo Apostolorum Concilio loquuti sunt hoc modo: Vnde est Spiritui Sancto, & nobis, qui ritus adhuc persecutus apud nos, vi Concilia Provincialia, & Generalia dicantur congregata in Spiritu Sancto; quod prohibetur dici de Synodo Dioecesana. qua de re monitus fuit quidam Episcopus à S. R. E. Cardinalibus, qui ante Decreta Synodalia eo modo loquendi fuerat usus, & prælo cum iisdem verbis dedit.
- 4 Dioecesana vero Synodus est Congregatio legitima, quam facit Episcopus cum Clericis sibi subditis in sua Dioecesi, de iisque in ea tractat, quæ curia sua pastorali incumbunt, quæ definitio satis apteræ patet.

DE INDICATIONE SYNODI
Dioecesana. Cap. II.

- 1 Soler iudici tribus modis. primo solemniter in die Epiphania, ex ceremoni. Episc. lib. 1. cap. 3. nimirum intra Missarum solemnia, dum festivitatem anni solemniores denunciant populo, post Euangelium ab Archidiacono, seu Canonico, vel Beneficiato, aut alio, iuxta consuetudinem loci, pluviali induito, in pulpito, vel vbi solet cantari Euangelium, iuxta formulam, & canendum, quæ habentur in Pontificali par. 3. tit. De

publicatione Festorum mobilium. quidam Episcopi plenioram formulam dederunt cantandam; sed à Pontificali nullo modo est recedendum.

Deinde in Calendario non pauci edici inuenti diem ipsam Dioecesana Synodi, ea die, quæ occurrit in Calendario; his, & sicutibus verbis. Fer. ij. Dom. iiij. post Pascha Officium fit &c. Hac die conuenant omnes de Clero ad Synodum &c.

- 3 Per Edictum, duos ante menses, vel unum saltem, ex eisdem Episc. loco cit. proposita schedula, manu Notarii, seu Cancelarii subscripta, Ecclesiæ Cathedralis affixa valuis ad prædictam formam in dicto ceremoniali, quam dabimus infra unam cum alijs Synodalibus formulis in 4. par. cap. 2. p. 3.
- 4 Pleniori forma reuuntur, omnes, quam vide infra, ex Actis presentim Ecclesiæ Mediolanensis, & Nouatiensis. par. 4. cap. 1. num. 4.
- 5 Additum alijs in calce Edicti Præmonitiones alias, ut Clerus accedat instruclor ad actiones Synodales: quod arbitrio Episcoporum relinquitur. Dabimus infra exemplum ex Perusina Synodo desumptum, par. 4. cap. 2.
- 6 Quod si ob aliquod impedimentum sit proroganda Synodus, opportuno tempore id fiat, ut moneatur Clerus ad formulam infra præscribendam. par. 4. c. 1. num. 5.

ANNOTATIONES.

§. I.

- 1 IN Edicto quæcumque contineri solent; Episcopus indicens: Clericis, cui indicatur, tempus, & locus Actionis Synod.
- 2 Episcopus intellige consecratum, quod omnes facientur: item electum, & confirmatum, ex Henrico Boethio de Synodo par. 1. qu. 6. ver. secundo accessorie, qui sequitur. Innot. in cap. transmissum de elect. quia convocatio Synodi est meri imperii: item prouisum à Papa, nondum consecratum, dummodo suas bullas expedierit: ut probat Io. Ant. Massobrius tract. de Synodo Dioeces. 2. dub. 1 nu. 9. item eum, qui liberam sit adeptus possessionem Episcopatus: ex eodem Massobrio ibidem dub. 3. 3. Ans.

3 An vero Capitulum, sede vacante, possit convocare Synodum concedit: idem Massobr. dub. 4, hoc est per Vicarium Capitularem, ex Declar. Congregationis citata ibidem, & à Garzia de benef. par. 9, cap. 2, nu. 8. Vicarius autem Episcopi non potest, circa speciale mandatum, ibid. cum Azo, instit. mor. l. 2, lib. 3, cap. 45, quæst. 4.

4 Nomine Cleri, qui tenetur ad Synodum venire, intellige subditos Episcopi, de quibus fuit Massobr. cap. 3, dub. 1. breviter dico: tenentur accedere primo Abbates habentes Capellas, vel populum subiectum Episcopo, siue sint exempti, siue non circa prærogativum speciale. 2. Regulares assumpti ad Ecclesiæ Parochiales. 3. Prelati seculares, quia appellatione præbyterorum comprehenduntur. 4. Parochi, & alij Sacerdotes exercentes animarum curam, etiam si sint presentati per exemptos. 5. Qui obtinent beneficia simplicitia. 6. Qui de consuetudine per decennium introducta accedere solent. 7. Vel per se, vel per procuratores. Hac ex Massob. dub. 6, ubi ille fuit.

5 Dubiant D. D. extra ius consuetudinis de Canonicis Eccl. Cathedralis, & inferioris Collegiate, tum de alijs Sacerdotibus non beneficiatis. conueniunt autem, hysce omnes teneri, si de reformatione morum agatur, aut de publicanis Decretis proximi Concilij Provincialis, vel de re concernente universum Clerum, seu Canonicos, multo ergo minus Diaconi, & inferiores Clerici tenentur accedere, nisi de consuetudine, si adiut, vel de speciali iure. Nam Mediolani tenentur omnes Sacris ordinibus iniciati adesse Synodo.

6 Quod attinet ad tempus, singulis annis admonet Concil. Trid. sess 24, cap. 2. de ref. rm. celebrandam esse Synodum quod (hen) negligitur à multis, & tamen omittens celebrare Synodum venit suspendendus ab executione Officij. ca. sicut in fin. de accus. & ex Declar. S. Congregat. Conc. 7. Martij 1590. nimisrum per Archiepiscopum cui subest, ex Massob. ca. 2. dub. 3. à nu. 3. & Illusterrimi Patres Conc. Trid. Congregationis aiunt, esse de præcepto, ut quotannis fiat, nisi causa excusat, qua solet, & debet afferri, in Visitatione liminum Apostolicorum.

7 Porro tempus magis congruum videtur esse Paschale tempus, quod probat Bott. p. 1. q. 8. cunctis etiam rationes valde mihi placent, ea excepta, qua ille vult extra tempora ieiunio destinato celebrari Synodum, ne fiat cum ieiunio: ac in Synodo Mediol. 6. habetur hoc Decretum: videlicet: ieiunium, quod in Ec-

clesiasticis his actionibus. Cognitum autem de Synodalibus solim institutum si sit, ut seruatis, hoc valde debet amur in Domino. Addo ego, quod prima Synodus loco cœ. Att. 21. celebrata fuit tempore Paschali post Pentecosten, ut ex Apostolico textu probatur aperte:

& præterea Roma celebrabatur Dom. iij. post Pascha, in qua ideo legitur Euangelium de Paschæ bono, ex Rupert. lib. 9, cap. 1. Durando lib. 6, cap. 98.

8 Locus denique, quicunque ille sit in Diaœcesi, est aptus; aptissimus autem est Ecclesia Cathedralis.

DE EPISTOLIS EPISCOPI Pro Synodo. Cap. III.

1 IN Actis Ecclesiæ Mediol. habentur exempla litteratum Episcopaliū ad Vicarios foraneos, Testes Synodales, & ad Parochos: quas dabimus infra par. 4. cap. 3.

2 Sed earum loco videntur sufficere Præmonitiones eæ, quas supra significauimus, capite præced. num. 3.

3 Scribebat S. Carolus etiam ad Regulares, ut actionem Synodalem pijs precibus adiuuarent: quod monitione breviori in scriptis ad unumquodque monasterium tam virorum, quam scismaticarum transmissa, suppleri posset. Vide infra par. 4. cap. 3. num. 3. & 4.

DE CONGREGATIONIBVS Ante Synodam. Cap. IV.

1 Diversis diebus, & ob diuersas causas habenda sunt varie Congregationes coram Episcopo: qui in ijs cum Rechetto, & Mozetta in suis aëribus consultores excipiet. omnes autem statuta hora vocati conuenient.

2 Episcopus ergo deputabit idoneum virum, qui referat in librum ea omnia, quæ in hisce cōueniibus pertractantur: cum ego vellem; qui futurus erit Secretarius Synodi.

3 Eliger sex, vel octo, partim Theologos, partim Canonistas, sacerdotes, & regulares, quorum consilio vtratur in negotijs Synodaliibus.

4 Die commodiōri conuocet omnes Curatos Ciuitatis, à quibus coram se, & prædictis consiliariis exquirat statum totius ciuitatis; at, quæ decernenda proponuntur in Synodo, scripto confignentur à proponentibus.

5 Alia die accessantur à Diaœcesi Vicarij foranei, seu Archipræsbyteri, seu primores Parochi; & eadem exquirat Episcopus, & eodem modo, ut supra, de statu Diaœcessis, post

- post habitos in Diœcesis similes conuentus.
 6 Laudabiles esset, si cōnocarentur alta die vna
 simul omnes Regularium superiores co-
 ram Episcopo, ut iij suppeditarent in genere
 peccata populo, & opportuna remedia;
 quod prodest quā maximē pro reserua-
 tione casuum utiliore.
 7 Ex his, & ex Visitatione proxima Ciuitatis,
 & Diœcesis, opera prædictorum consulto-
 rum, haurienda est materia Decretorum
 Synodi, quæ debet esse de ijs, in quibus ut
 plurimum peccatur; sed his paulo postage-
 mus.

D E O R D I N E H A B E N D I
 predictas Congregationes. Cap. V.

- 1 Statuta hora, & per nuncios, seu schedu-
 las vocatis vocandis, in aula, seu cubicu-
 lo capaci Palatii Episcopalis, ante omnia
 Episcopus stans, aliis quoquestantibus, reci-
 tabit de libro Pontificali, seu de Tabella pa-
 rata Orationem, Adsumus, &c. seu præces
 initio Congregationis dici solitas: Veni
 Sancte Spiritus, &c.
 2 Sedentibus omnibus, legitur à Secretario
 Episcopi Catalogus eorum, qui debent in-
 teresse, & notetur in libro hoc modo: Die...
 mense..... coram Reuerendissimo D. N.
 Episcopo, & M. R. R. N. N. N. N.
 3 Sedebunt autem ordinem congruo, iudicio
 Episcopi, pro iure dignitatum, titulorum, &
 ceteris partibus, iure promotionis antiquioris.
 Regulares post presbyteros sacerdotes.
 inter sacerdotes autem è prædictis consulto-
 ribus primus locus Vicario Generali dandus
 erit; secundus illis, qui in cathedrali dignita-
 tem habent; tertius Præposito collegiate in-
 signis; qui præcedere debet Canonicum
 cathedralis Ecclesiæ extra collegium suum
 precedentem, quod bene probat Cassanæus
 in Catal. glor. mundi 4. par. confid. 38. nisi
 aliud obsteret. quartus locus Canonico colle-
 giate insignis: quintus Paroch. sextus alijs,
 nisi forte quis sit Protonotarius, seu Doctor,
 cui in huiusmodi conuentibus cedunt aliqui
 ex prædictis, quia in re valet maxime con-
 suetudo locorum, Cassanæus in 4. parte ci-
 tata.
 4 Exposita causa conuocationis ab Episcopo,
 interrogantur singuli de re proposta, ordine
 maioritatis, incipiendo à maioribus, qui fa-
 cta debita Episcopo reuerentia, respondent
 breviter, & proueres postulat, ad interrogata,
 ne tempus conteratur.
 5 Notabit Secretarius, quæ notatu sunt digna,
 Episcopi arbitrio.

- 6 Sed in Congregationibus Parochorum, Vi-
 cariorum Foraneorum, & Regularium, con-
 sultores prædicti Synodales sebebunt hinc
 inde à latere Episcopi. alij verò interrogati
 surgent, & facta reuerentia Episcopo debita,
 & consueta (cum genuflexione, exceptis ca-
 nonicis) stantes dicant sententiam suam;
 quos tamen fere statim iubebit Episcopus
 sedere, & caput tegere.
 7 Actis de more gratiis ab Episcopo per con-
 suetas preces in fine congregationis dici so-
 litas, dimittitur congregatio.

D E C O N F I C I E N D I S D E C R E T I S
 Cap. VI.

- 1 Distribui poslunt diversi tituli materia-
 rum Synodalium prædictos inter con-
 sultores, ut quicunque suggerat, quod in Domini-
 no expedire iudicauerit.
 2 Causetur à multitudine Decretorum.
 3 Ea sint de rebus, quæ ad plures attinent, non
 ad unum, aut alterum tantum.
 4 Aliquando suffici ea in memoriam cleri re-
 uocare, quæ in Conc. Trident. aut Provin-
 ciali, cui subest cleris, aut alijs à prædeces-
 sore Diœcesano sancta sunt, si hac Decreta
 non sufficiunt. fiat tandem Decretum nou-
 um. Plena sunt Decretis optimis in qua-
 cuque re Acta Mediol. Ecclesie quibus, &
 alijs Manuale Episcoporum per Aphorismos distributum dabitur in lucem, volu-
 mine breui.
 5 Si abrogandum est aliquod Decretum præ-
 decessorum Episcoporum, fiat cum expre-
 sione cause, ob eorum reuerentiam.

ANNOTATIONES.

§. 2.

- 1 **N**unquam decernatur contra ius Pontifi-
 cum, neque Provincialis concilij De-
 creta.
 2 De quibus autem possit Episcopus statuere,
 & querari, non est huius loci disputare.
 fuse Massobrius de Synodo cap. 4. à dubio 41.
 usque ad 98. Breuiter dico: sit lex honesta,
 iusta, præfabilis secundum naturam, confue-
 tudinem patriæ loco, & tempore conueniens,
 necessaria, & utile ex Massob. dub. 51. ubi
 fuisse ille.
 6 Periti denique in hoc genere cora de-
 manderunt, ut Decreta ordine conuenientia, &
 Ecclesiastico stylo latino describantur, in
 Synodo legenda.
 7 Non enim placet ea describi materno ser-
 mone,

mone, in gratiam (aiunt) foranei Cleri: illud enim incommodum vitari poterit, quod in clero timerit ignorantia, si ad singula Decreta, vel certe ad potiora subsistat. Lector, & Episcopus addat verba materna in commendationem Decreti, quod præstare solitus fuit Neapolio Comitulus Perusiae Episcopus; quem sequutus est Illustris D. meus Cardin. Boncompagnus in prima Synodo Neapolitana, paternè, & maternè loquens cum suo Clero non sine multo fructu. 8 Conuocandum tandem erit coram Episcopo Capitulum cathedralis Ecclesie, ut de Canonico cum consilio stabiliantur, non autem de consensu.

ANNOTATIONES.

§. 3.

- 1 **C**onsilium Canonicorum est requirendum, alioquin Decreta non valerent. arg. cap. quanto de his qua si à præl. nisi forte Episcopus prescrivesset, ex Ancharen. in repet. cap. 1. de constit. contra Hostien. de his, que si à prælato, qui putat contrariam consuetudinem irrationalib[er]e.
- 2 Pia seclusus in Praxis Episcop. part. 2. cap. 2. num 6. recenset causus sex in iure expressos, in quibus requiritur consensus Capituli. & Primo, quando vertitur interesse ipsius capituli. Secundo, quando diminueretur auctoritas Ecclesia. Tertio, quando agatur de alienatione rerum Ecclesia. Quarto, quando de obligatione Ecclesia. Quinto, quando de praediicio quondam subiectiōnē, vel limitationē cōsensus Capituli. Sexto, quando de vētilatione causū criminaliū. ibi citatur textus.
- 3 Pro causulis referuntur in Synodo facienda, (quod valeat, ut non expirent per mortem Episcopi) Sacra congregatio Cardi. super negotia Episcoporum admonuit Episcopos die 26. Novembri 1602. ut atrociorum tantum, & grauiorū criminum absolutionem sibi referunt: neque superflue illos casus, qui Sedi Apostolica sunt referuntur. Paucissimis item referunt, eadem Congregatio epud Quarātam Verbo, Casus reservari. Vide eūdem ibi, ubi explicat optime, quando expirēt.

DE PRÆPARANDIS PRO ACTIONE
Synodali. Cap. VII.

- 1 **A**gendum est deinde cum prædictis Cōsultoribus, vocatis etiam Magistris ceremoniarum, & Sacrifice cathedralis Ecclesie, de necessarijs ad Actionem Synodalem. Hæc autem, Hospitia pro Clero cum ele-

Barth. Gauant.

- 2 Ratione Præfeti, & coadiutorium.
- 3 Apparatus Ecclesie, & loci sessionalis.
- 4 Distributio sessionum.
- 5 Numerus Tabellarum.
- 6 Catalogus Cleri vocandi ritè ordinatus.
- 7 Habitus Cleri qualis, & ordo sedendi.
- 8 Processiones, prima, & ultima.
- 9 Horæ canonicae, & Missæ Synodales.
- 10 Musici cantus.
- 11 Quæ paulo ante diem Synodi ad excitandos populos agenda sunt.
- 12 Officiales Synodi, hoc est, Actionis ipsius Synodalis.
- 13 Delectus Examinatorum, Iudicium,
- 14 Testium, Punctatorum, & Officialium Cleri, in synodo approbatorum.
- 2 De singulis dicamus breviter, ut quisque sciat officium suum, & sciat Episcopus apertiores deligere.

DE HOSPITALIS, ET EORVM
Prefectis. Cap. VIII.

- 1 **H**ospitia diligenda sunt in ciuitate, & cauponæ ijs eligendi sunt, qui pietate alijs præstant; quibus iniungendum erit, ut prophanas imagines tollant de cubiculis, frugalem mensam suppedient ijs, qui ad alios non duerunt ciues.
- 2 Prefectus autem deputandus erit cum aliquibus communi stris, ut in ea re invigilent. aedes inuisant; & ad quos recurrere queat ijs, qui de Clero eorum opera egent ad hospitium sibi parandum.
- 3 Landandum est Neapolio Comitulus Episcopus Perusiae, qui mensam communem in suo Palatio, durante Synodo, pauperibus de Clero suppedebat, & aliquos item lecti parari curabat pro ijsdem; tum Ferdinandus Milianus Imola Episcopus, qui ad mensam suam vocabat per triduum mane Vicarios foraneos, & in aula maiori alias mensas sterni iubebat Clericis egētioribus.

DE APPARATV CATHEDRALIS
Ecclesie. Cap. IX.

- 1 **O**rabitur Ecclesia festiuo, & solemniter, ut in capitulo de ornato Ecclesie plenè dictum est, ait Cæmon. Episcop. lib. cap. 31. quæ ad values inclusuæ.
- 2 Sedilia in ea disponentur, inquit idem Cæmon. ut Dignitates, & Canonici Ecclesie cathedralis hinc inde à lateribus Episcopi; vel ante Episcopum semicirculum faciant illud tamen prius placet magis, & est commodius ad functiones Synodales.

R. 3 In

- 3 In media itaque naui Ecclesiæ paretur locus sessionalis hoc modo. hinc inde affigantur aulae schedulæ patentes cum litteris grati-di oribus, contiuentes nominis locorum Diœcesis, iuxta scamna, pro Diœcesano Clero præparata, ordine seruato secundum gradus locorum; ut quisque sciat, ubi sedere suo loco debeat.
- 4 Circummutatur sessionalis locus, ita ut laici illuc intrare nullo modo possint.
- 5 Sedes Episcopi sit alta tribus gradibus tape-te contextis, & hic inde sedilia collocentur pro Diaconis assistentibus: paretur etiam mensa parua cum suo panno violaceo collocanda, facile ante Episcopum sedentem pro Reliquijs, & scrutinio, de quibus infra.
- 6 Hinc inde in quadrum sedilia longa pro Canoniceis præparentur, vestita panno viridi, alta vniaco gradu à pavimento, quod si ad futuri sint alii maiores Canoniceis, vestiri poterit prima pars scamni, quod à dextris Episcopi, & eidem vicinus est, panno nobiliori puta violaceo, aut alio, ad differentiam in eodem scanno à Canoniceis faciendam. Abates, Commendatarij, Prothonotarij Apostolici, si vntur rochetto, & mantelletto, se-debunt post Canonicos in eodem scanno, à finitris Episcopi sedentis, quod obseruatur Mediolani.
- 7 In fine sedilium Canonicorum, facie versa ad Episcopum, sedebit iuxta dexteram Episcopi Vicarius Generalis in sede coriacea domeستica cum parua mensa strata panno, ut praesto sit accidenti ad eum Clero pro varijs causis: in eadem linea sedebunt iuxta sinistram Episcopi in scanno nudo ad mensam aliam similiter vestitam Promotor, & Secretarius Synodi cum Notario Episcopali. mensæ tegantur conuenienti panno, ad minus viridi.
- 8 Si Archiepiscopus præst Synodo, collo-
etur in medio centro area, quæ est inter Canonicorum sedilia, ante sedem Episcopalem sessionalem. scabellum communem pro eo, qui gestare debet Crucem Archiepiscopalem in Synodo, cuius imago Crucifixi relipiet semper Archiepiscopum.
- 9 Pulpitum amouibile pro Lectione Decreto-
rum collocari poterit prope meusam, ad quam sedet Secretarius Synodi, ut inde suppedientur eidem, quæ sunt leggenda.
- 10 Hinc inde à tergo Canonicorum sedilia erunt pro cleto Vibano: alia pro Foranco occupabunt nauim medium, ita tamen, ut in medio iuxta Episcopum sit transitus omnino liber, & amplior ad eundum, redeun-
dumve, prout est opus. Nobilior Forangus

Clerus sedebit in anterioribus scannis, reli-
quius in posterioribus.

- 11 Ad apparatum spectat ornatus Altaris ma-
ioris; & colore quidem rubeo vestietur, nisi aliud requirat solemnis Missa, de qua infra.
- 12 Excepta Missa, ut dictum est, paramenta omnia in actione Synodali coloris erunt ru-
bri.

D E D I S T R I B U T I O N E sessionum. Cap. X.

- 1 **N**umerus sessionum ex Pontificali solet esse trium; ad arbitrium Episcopi po-
test esse pauciorum ex eodem Pontificali.
pender autem hic numerus à rebus agendis in Synodo ipsa. ex Actis. Eccl. Medioli. po-
test esse plurium, quam trium.
- 2 Prima Sinodus ab Episcopo celebranda esset summa cum maiestate, & utilitate Cleri, &
populi, ut effulgeat Ecclesia. Hierarchia; &
ideo nihil esset omittendum, quod ad perfe-
ctissimam Synodum, quam hic describimus,
attinere posset.
- 3 Item, qui nonnisi tertio quoque anno Sy-
nodum conuocant, eadem obseruare debe-
rent.
- 4 Qui vero quotannis celebrant, una lessione
possunt absoluere, quæ sunt necessaria; omis-
sis ijs, quæ sunt ab splendore, cum utilita-
te tamen coniunctum.
- 5 Porro necessaria sunt ea, quæ ad electio-
nem, spectant Examinatorum, Iudiciumque,
& ad professionem fidei à nouis Beneficiatis
emittendam.
- 6 Non tamen placere potest ea Synodus, quæ
per duas horas mane celebratur, vbi multis
est clerus. saltem per totum diem detineat-
ur ille cum maiori fructu.
- 7 Cardinalis Palæotus in archiepiscop. suo Bo-
noniensi distribui actiones Synodales pro
vna lessione, pro duabus, pro tribus, cuius
distributionis formulam dabimus infra in
z. parte.

D E T A B E L L I S S Y N O D A L I B V S. Cap. XI.

- 1 Escribenda est primo disciplina Cleri
in Synodo, & Processione, seruanda
iuxta formulas infra tradendas: & ha Tab-
ella solent imprimi; pluribusque in locis
Ecclesie Cathedralis, & Palatij Episcopalis
pridie Synodi affigi. Vide in 4. par. cap. 4.
num. 1, 2, & 4.
- 2 Alia Tabella precum typis item editur, di-
stribuenda toti Clero, ad usum primæ Pro-
cef-

- cessionis ante Synodalem sessionem . continet autem Hymnos , & Psalmos . exemplum illius dabimus infra 4. part. capitul. 4. numer. 3.
- 3 Tabella item exponit impressa , quæ continent capita orationis , loco citato numero 5.
- 4 Scrutinij alia post Præfectos eiusdem , ut infra , loco cit. num. 6.
- 5 Acclamationum si faciendæ sint , multa exempla debent edi pro maiori , vel minori numero cleri . vt in 4. p. cap. 11. num. 1. & 2. & hæc quinque Tabellæ præludari solent .
- 6 Aliz parantur manuscriptæ : cuiusmodi sunt: Formula professionis Fidei brevior ; Iuramentorum formulæ pro Examinatoribus , Testibus synodalibus , & Punctatoribus ; & hæc maiusculis exatantur characteribus , ut duo , vel tres simul eas legere queant ante Episcopum genuflexi . De quibus in quarta pars. cap. 5. toto .
- 7 Deinceps scribuntur in folio capita quedam orationis mentalis , à deputando cantanda , in fine cuiusque sessionis , ad formam , ut infra , describendam , in quarta parte cap. 10. toto . & hæc Tabellæ sufficiunt .

D E C A T A L O G O C L E R I .
vocandi. Cap. XII.

- 1 **N**ecessarius est Catalogus eorum , qui ad Synodum Diœcesanam tenentur accedere , pro quo integrè confiando monendi sunt opportuno tempore Parochi , ut tam in Urbe , quam in Diœcesi quisq; transmittat ad Episcopum nomina eorum de Clero , qui in sua Parochia degunt . neque solum nomina , sed etiam cognomina , beneficiorum titulos , quos habent , & ordines sacros , imò etiam Doctoratus insignia quæ , & qualia habent .
- 2 Hilce datis relationibus , deputati debent duo vel tres , qui in ordinem redigant totius Cleri nomina , ut congruo quisque loco vocetur .
- 3 Ordo es erit , ut primo nominetur Clerus Cœtitatis , tum Diœcesis . In ciuitate Cleri ordo erit ; ut primo Dignitates , & Canonici Ecclesiae Cathedralis . cum beneficiatis , & capellaniis , qui eidem actu inseruiant , vel beneficij titulos ibidem habent : tum Clerici seminarij , & alij , qui Sacrificia ministrant . Tum vocentur Canonici , & Clerus singulareum Collegiatarum , ordine seruato digniorum Ecclesiistarum . Rectores parochiarum , hoc est , Præpositi , Archipresbyteri (nisi hi præcedant illos) Rectores , Vicarij perpetui ,
- Vicerectores amouibiles , Beneficiati simplices , Præsbyteri , Diaconi , & Subdiaconi , vbi est consuetudo , quod vocentur .
- 3 In Diœcesi hic erit ordo . Abbates , & Comendatarij primo , deinde Vicarij foranei , iuxta dignitatem ordinem , seu promotionis antiquioris : & sub quolibet Vicario vocetur totus eiusdem Clerus , ordine prædicto , hoc modo . Vicariatus loci N.
- 5 Si Collegiatæ ad sine in Diœcesi , vocentur autem Vicarios foraneos , ordine dignitatis Collegiatarum , & cum Canoniciis vocetur totus Clerus affectus Collegiatæ siue ratione beneficij , siue servitij .
- 6 Titulus cuique nominando præmitatur , & post cognomen addatur (si ille est) Doctor in Sacra Theologia vel I. V. titulus , & deinde beneficij .
- 7 Titulus Abbatum est . Perillustri , & multum Reuer. Dignitatum , & Canonicorum Cathedralis Ecclesie apud nonnullos est idem : in Provincia Mediolanensi Dignitatum est , multum R. D. Canonicorum vero , R. D. in Collegiatis Præpositus gaudet titulo R. D. & Canonic. R. N. quæ distinctione ratione est consona ?
- 8 Rectores animarum prænominantur omnes vocabulo , Venerabilis Presbyter N. Vicerectores amouibiles (si Regularis sunt , Frater , vel D. n. N.) vocantur , ut Sacerdotes alij , Præsbyter N. Diaconi , & Subdiaconi hoc modo : N. N. Diaconus , vel Subdiaconus . Clerici Beneficiati , N. Clericus beneficatus , S. N. Clerici seminarij N. N. nomine , & cognomine tantum . Hæc ex Actis Eccl. Mediolan.
- 9 Protonotarij Apostolici , si qui adsunt . titulo M. R. D. digni sunt . & additur in fine , I. V. D. & Protonot. Apostolicus .
- 10 Si quid erroris accidat in hac nominatione clerici , nemini sit iniuria . ex vi Decreti , de quo infra , initio Synodi euulgandi .
- 11 Ceteris paribus , inter æquales attenditur promocio ad Canoniciatum , Rectoriam , Beneficium , Ordinem Sacrum .
- 12 Accidere potest , ut idem vocetur sæpius ratione beneficiorum , quæ habet in pluribus locis , sed hoc nihil refert ; imo docet hoc modo eum nominari , ne beneficia Ecclesiastica confundantur , quæ certum locum habere debent .

D E H A B I T U C L E R I .
Cap. XIV.

- 1 **H**abitus Episcopi in Missa Synodali erit Pontificalis , & coloris rubei . si cele-

R 2 brat

- brat solemniter, assumit omnia paramenta Pontificalia, usque ab pallium exclusue, si est Archiepiscopus, ex Cærem. Episcop. lib. 1. cap. 16. si assistit, conuenit, ut amictu, alba, cingulo, stola, pluinali, & mitra pretiosa induitus assistat Missæ, cum solitis Cæremonijs, eodem habitu semper aderit in selectionibus Synodalibus. Baculum vero pastorealem vel gestet, vel gestare faciat.
2. Dignitates, & Canonici parati ad sint, ex Cærem. Episc. lib. 1. cap. 11. hoc est pluinalibus Dignitates; Planetis, & Dalmaticis Canonici Presbyteri, & Diaconi &c; si non sunt distinctæ præbenda, fiat tamen distinctio per paramenta. Congr. Rit. 15. Mart. 1608.
3. Coadiutores Canonicotum (quoniam & ipsi via cum Coadiutus interesse debent) aderunt cum habitu Canonicali ordinatio, non parati ad distinctionem.
4. Collegiatæ non mutant habitum in choro confuetum. Præfecti Collegiatatum in Provincia Mediol. ex Conc. Prou. V. vna cum Canonicis cathedralis pluinalia induunt, in Processione prima, & ultima ex auctoritate Conc. Prou. IV. Episc. Laudensis concessit pluinalis usum Præpositis non Collegiatum, & Vicariis foraneis, vt esset inter clerus, & clericum aliqua distinctio inter eundem. finita vero Processione exunt pluinalia.
5. Rectores Parochiarum capitulum gestant supra cottam multis in locis Neapol. stolam seu dignoscantur ab alijs, seruanda est locorum confuetudo.
6. Statuant Episcopi, quod ex pedite iudicauerint ad Actionis Synodalis splendorem, & maiestatem Ecclesiasticæ Hierarchiæ representandam.
7. Ordo vero sedendi in Synodo est ille, quem supra significauimus, tum capite 9. de apparatus num. 5. 6. 7. 10. tum capite 12. de catalogo Cleri. Urbanus enim Clerus hinc inde à tergo Canonicorum cathedralis sedere debet. Beneficiarij, seu mansionarij, & chloro cathedralis addiciti, inmediate in scamus post canonicos eiusdem, non quia digniores sunt canonicos collegiatatum, sed quia in servitio coniunctiores suis Canonici esse debent.
8. Collegiatum vero Canonici sedebunt hinc inde; totum collegium primum à dextris Episcopi, secundum à sinistris Episcopi, & si deinceps, & Prior collegij sedeat in sancto oblongo primus, proprius Episcopo.
9. Parochi à tergo collegiatarum, & alijs de ciuitate post parochium.
10. Diœcesanus autem clerus sedebit in media

navi ante ficiem Episcopi, hinc inde, ita, ut in scamus anterioribus, & iuxta dextram Episcopi, digniores collegiatæ sedeant; Parochi à tergo collegiatarum, & alijs à tergo Parochorum, ut supra diximus.

11. Vicarius Episcopi, si est Protonotarius, induat rochetum, & mantelletum. si non est, induat habitum, quem per Viagem defert, non pluiale.

12. Si Vicarius est canonicus, ad Missam, & Processionem, induitur, ut canonicus. Ad confessionem Synodalem, ut Vicarius.

**D E P R O C E S S I O N I B V S
Synodalibus. Cap. XIV.**

1. **D**ux Procescio fieri solet, altera pro initio Synodi, quam significat cæmon. Episcop. loco citato; altera pro fine eiusdem, prout in Actis, Eccl. Mediol.

2. Pro prima varius est ordo. nam aliqui ante Missam, alijs post Missam, Conc. Prou. Mediol. 2. eam præmittit Missæ. statuat Episcopus, quicquid voluerit.

3. Solet à Vicario Generali fieri Edictum de hac prima processione, cuius exemplum dabatur in 4. parte cap. 6.

4. Decernenda est Ecclesia, ad quam eundum fit, & via, per quam eundum.

5. Item, qui Hymni, & Psalmi, dum iter, sint cantandi. quorum Tabella editur, ut diximus supra cap. 12. num. 2.

6. Præfetur vna tantum crux cathedralis Ecclesiæ, quam sequitur totus Clerus, ordine retrogrado, quo in Synodo sedent.

7. Dum iter, quisque Clerus parialis cantare debet Hymnos, & Psalmos; priore de illo clero primum inchoante Hymnum.

8. Hora est præscribenda Processionis prima, & euulganda ad valvas Ecclesiæ.

9. Clerici deputandi sunt pro ordinanda Processione, quotquot erunt necessarij.

10. Ultima vero Processio fit intra ambitum Ecclesiæ, vel paulo extra, si multus est Clerus; & fit eodem modo, quo prima: sed cantans Hymnus, Te Deum.

11. Si ad primam processionem Regulares, & Confratres conuenire solent, id fiat.

**D e Horis Canonicijs, & Missis Synodalibus.
Cap. X. V.**

1. **H**oræ canonice in Cathedrali dicuntur. Clericij, & ferè sine cantu, ne impe- diatur actio Synodalis.

2. Vespere cantantur alicubi à roto Clericis cantu Gregoriano, alternatim. ab Urba-

ing ex una parte, à foraneo. Clero ex altera, cui conuenit, ut assignentur duo mansionarij de choro, qui firmorem habeant vocem, quia moderari queant foranorum voces sepius discordes, qui titus feruorem in Claro excitat, & populum adficit. interea quoque congregatur totus clerus pro actione Synodali immediate post Compleutorium continuanda. Compleutorium autem debet dici à solis Officialibus chori dimissa voce: & interim poterit Episcopus pro sessione patari.

3 Missa de die omitti potest licet, & pro ea cantari Missa Synodalis de Spiritu sancto, quam præscribit Ceremoniale; vel alia Mis-
sa, ut mox dicimus.

4 Si triplex fit sessio s primâ die cantabitur Missa ab Episcopo, vel, eo impedito, à prima dignitate de Spiritu sancto. se cunda die à Canonico ritu pro Defunctis pro commemo-
rat. Episcoporum, & Sacerdotum Defun-
ctorum generali, tercia die ab alio canonico pro gratiatum actione Missa de Sanctissima Trinitate. Acta Eccl. Mediol. ut nimis
clerus Vibanus & multo magis foraneus videat aliquando, & discat varios ritus, & ceremonias, Pontificales; Canonicales, festiuas, & pro Defunctis.

5 Pro Missa Pontificali poterit etiam Episco-
pus Missam planam facere, cum vslu tamen mitre, dum à sede accedit ad altare, & dum manus lauat item eidem deseruent duo ca-
nonici cum Dalmaticis, & Presbyteri. Af-
filiens cum pluiali; ij scilicet, qui Missæ so-
lemni deseruire solent.

6 Missa pro Defunctis affilat Episcopus in cappa: Missa vero de Sanctissima Trinitate cum pluiali, & mitra. Absolutionem au-
tem Defunctorum faciet Episcopus in sua sede cum pluiali & mitra simplici; vt vario ritu hæc fiunt.

7 Communio cleri faciendi est in prima Mis-
sa, & intra eamdem ex pia multorum Epis-
coporum consuetudine, qua de re in Fra-
monitionibus supra memoratis moneri de-
bet Clerus. quam etiam communionem Pontificale præscribit.

8 Quæ attinent ad incensationem Cleri, &
pacem dandam idem, dicemus in loco pro-
prio, & cum de Magistris ceremoniarum.
cap. 28.

9 Missa unicam Orationem habebit, cum Gloria, Credo, & Praefatione in cauro solemni, si Missa plana est, adhuc ea dici posunt; quia solemnis est aliquo modo, & pro te-
grali. Post Nonam prædictæ Missæ dicun-
tur, quia sunt Votivæ.

Barth. Gauant.

DE IIS, QUÆ CANTANDA SVNT
à Musicis. Cap. XVI.

- 1 In Missa Pontificali solemni musicus can-
tus cum organo adhibendus erit de mo-
re, sed absque mora.
- 2 In Missa plana Episcopi, dum secretas reci-
tat preces, cantari poterunt facta cantica
cum organo, & vocibus.
- 3 In Missa pro Defunctis Sequentia, Dies iræ,
tantum ad arbitrium, & sine organo.
- 4 In Missa de Sanctissima Trinitate, Gloria,
Credo, Sanctus, & Agnus Dei. cetera in
cantu Gregoriano. Organum pulsatur de
more.
- 5 In ingressu Episcopi in Ecclesiam Orga-
num pulsatur, mane tantum.
- 6 In Processione poterunt cantari à Musicis
Hymni, & Psalmi, vt in Tabella propria, &
in ultima Hymnus, Te Deum.
- 7 In actione Synodali, quotidie, Hymnum,
Veni creator, cantabunt Musici.
- 8 Idem respondebunt Benedicenti solemni-
ter Episcopo in fine totius Synodi. nihil pre-
terea. Litanias prima die alicubi cantant
Musici.

DE PER AGENDIS PAVLO ANTE
diem Synodi. Cap. XVII.

- 1 Ex Cæremoni. Episcop. loco citato tribus
proximis diebus Dominiens ante diem
Synodi conueniens erit, vt tam in Ecclesia
Cathedrali, quam in singulis Parochialibus
per Concionatores, & Parochos denuncie-
tur Synodus, populiisque ad deuotionem,
orationes, iejunia, sacramentum peniten-
tiæ, sanctissimæ Eucharistie sumptionem,
aliaque pia opera excitetur: vt actio Syao-
dalies, Deo opitulante, dignum sortiatur ex-
ordium, felicemque, & fructuosum pro-
gressum, & finem. Hac ibi. Oratio, seu Mis-
sa de Spiritu sancto à Clero in Fetijs quintis
dicenda erit.
- 2 Pridie diei constitutæ pro Synodo, ex éo-
dem cæremoniæ ibidem. pulcati debent
campanæ, tum Cathedralis, tum aliartum
Ecclesiastrium solemni ritu, & prædictum sub
noctem præcedentem. qua de re opportu-
nè monendi erunt Ecclesiastum Praefecti.
- 3 Eodem die affigetur schedula, varijs in locis,
indicenda Hora pro Synodo, cuius formu-
lam habet in fra in 4, partæ cap. 1. num. 6.

R 3 DE

DE OFFICIALIBVS SYNODI.
Cap. XVIII.

- 1 Post consultationem de predictis in Congregatione consultorum; facienda est electio Officialium Synodalium.
- 2 Sunt autem hi . Praefectus Hospitiorum cum socijs, de quibus actum est supra cap. 8. Promotor unus , seu plures , Vibanus, & Foraneus.
- Secretarius , Notarius , Coadjutor , sive lector Decretorum, & Catalogi Clerici.
- Praefecti disciplinae Clericalis , Synodalis , & Scrutinij .
- Judices querelarum, & excusationum.
- Procurator Cleri , qui agat cum Episcopo nomine communis, si opus est.
- Oeconomus pro cathedralico recipiendo .
- Confessarij Cleri .
- Magistri ceremoniaru cum adiutoribus Clericis .
- Ostiaj Synodi . Ut autem eligantur aptiores , eorum munera breuiter hoc loco indicabimus, de quibus nondum locuti sumus.

DE PROMOTORE
Cap. XIX.

- 1 Iue unus , sit sive duo, ad libitum Episcopi, hi parandi erunt, saltem pluialibus, nisi alter corum sit Canonicus Cathedralis Ecclesiæ , qui canonicali vetus habitu secundum præbendam , & ordinem suum ; & sedebunt ad mensam, de qua diximus supra cap. 9. num. 7. et sunt autem I.V.D.
- 2 Vergebunt actionem Synodalem, pro emitenda professione fidei ; pro clero vocando , & Scrutinio eiusdem; pro electione Examinatorum , & Iudi cum pro euulgatione Decretorum ; pro pœnis contra absentes, & pro rogitu Notarij.
- 3 Verba propria, seu formulas dabimus infra in 4. par. cap. 7. & cum loquuntur cum Reuerendissimo Episcopo , eum appellare debent titulo tamen Reuerendissimi ; quia actio est Ecclesiastica. si Archiepiscopus, vel Cardinalis est , appellant etiam titulo Illustrissimi. Absit autem à Synodo curialis adiatio .
- 4 Maior de duobus amborum nomine loquatur, stans à dextris alterius Promotoris .
- 5 Antequam loqua ntur , & postquam dixerint , profundam capitis inclinationem Episcopo faciant ; neque discedant ad locum suum , donec Episcopus decretum fecerit verbo.
- 6 Recitent de folio , clauso in libello aliquo

decenti, & ornato, quem ipsemet, qui legit, teneat; & alta voce vt alij saltem viciniores , & plene audire possint.

DE SECRETARIO SYNODI.
Cap. XX.

- 1 Conuenit, vt Secretarius eligatur è Canonis Diaconis, si Ordo habetur distinctus, & paratus Canonicalibus iudicatis agat cujus Episc.
- 2 Ad eundem spectat ordinate lectionem Decretorum iuxta ea , quæ in consultorum congregatione præscripta fuerunt , & item quid prius, quidue postea sit agendum .
- 3 Socium sibi eligat , qui sibi ministret de mensa ad vicinum pulpitum, si quid occurrit legendum , & eiusmodi; & vt, eo recedente , scripta & calam os custodiat in mensa .
- 4 Praeuidat, quæ legere deberet, ne erraret, cuncteturve legat alta voce, vt satis audiatur ab omnibus, distincte, vt intelligatur. Vide formulas eiusdem p. 4. cap. 19. toto .
- 5 In vocatione Cleri , vocabit ipse . nominatum Clerum Ecclesiæ Cathedralis, autem Collegiarum insigniorum reliquos vocabit eius coadjutor , qui etiam leget reliqua Decreta , quando sunt ita multa , vt leuari merito ille debeat labore nimio legendi .
- 6 Secreto tenent nomina Officialium Cleri , donec euulgentur; ne inde orientur æmulations, & incommoda; præsertim ubi plures ambiant in Clero munia .
- 7 Curet affigi valuis Ecclesiæ schedulas pro initio Synodi pridie primæ diei; tum in Ecclesia , & in Palatio Episcopali Tabellas de disciplina Cleri , Distributionem eiusdem pro scrutinio faciendo , de qua paulo infra ; Catalogum Confessoriorum Cleri ; tum distribui . Tabellas alias opportuno tempore pro Procesione, Scrutinio, Acclamatiōibus , & eiusmodi perdoneos ministros .
- 8 Quæ lecturus erit , ea prius accipiat cum debitis reverentijs, ante, & post, ab Episcopo , cui eadem offeret, & ab eo statim recipiet post instantiam Promotorum; quibus instantibus, ipse semper aderit .
- 9 Idem suggesteret Episcopo , quæcumq; agenda erunt; quo cum eodem communicabit in cubilo, antequam descendat in Ecclesiam .
- 10 Præscribet cantoribus musicis, iuxta ea, quæ supra docuimus c. 6.
- 11 Idem ipse , si non aliis Canonicus aptior , cantabi stans prope sedem Episcopi capita Orationis mentalis in fine sessiōnum .
- 12 Denique eiusdem partes erunt , vt tota actio

De Prefectis Disciplina Synodalibus, & Scrutinij
Cap. XXIII.

actio Synodalis exactissimè cum Magistris Caremoniarum peragatur, breuissimo sibi facto Indice totius actionis, ab initio usque ad finem, memorie causa, & promptioris executionis, cuius indicis formula dabitur infra p. 4. cap. 12. ne quicquam in hoc generale desideretur à nobis.

DE NOTARIO SYNODI.
Cap. XXI.

- 1 Ancellarius Episcopalis solet esse Notarius actionis Synodalis; qui idcirco semper aderit prope mensam Secretarij, & in fine cuiuscunq[ue] sessionis rogatus à Promotore, ut conficiat instrumentum, &c. respondet, se facturum, assumendo testes aliquos certos de Clero, quorum nomina scribat in Actis.
- 2 Idem solet alicubi vocare Clerum ab eo loco, ubi desinit Secretarius, & absentes notare debet, ut puniantur, nisi excusentur deinde à Iudicibus.
- 3 Ad eundem attinet scribere in libro nomina eorum, qui fidei professionem in Synodo emittunt, vel, si multis foret numerus professorum, per schedulari affixam cureret, ut moneantur professuri fidem, quod ferant secum schedulam cum nomine, cognomine, beneficij titulo proprio; & statim ad eam emiserint, consignet quisque suam Cancellario, qui acu, & filo adhibito, schedulas omnes colliget, & conseruabit, & in librum referet, ut finet umultu ea professio adnotetur. Formulam huius rei habebis infra 4. part. c. i. num. 6.

DE LECTORE DECRETORVM.
Cap. XXII.

- 1 Secretario datur adjutor ad ea multa munera, quæ sunt eius propria, & præsertim ad legendum si minus ille multa lege queat.
- 2 Dum legit Decreta, Episcopi præsertim, ad singula pausam faciat, conuersus ad Episcopum; qui forte circa illud, quod proxime lectum fuerit, sensum suum communione sermone aperiet Clero: alioquin prosequatur.
- 3 Conuenit, ut de gremio Cathedralis Ecclesie hic eligatur, & firmorem habeat vocem.

- 1 Ligandi sunt à Clero, tum Urbanus, tum Diæcesano, si opus est, aliquot Sacerdotes atate, prudentia, zelo, & disciplina Clericali conspicui, quorum opera tum Clericus vniuersus contineatur in officio, tum promoueatur ad meliora.
- 2 Numerus is erit, qui sufficiens esse poterit ad Scrutinium vniuersi Cleri finiendum intra tempus sessionum Synodalium, ea proportione, ut unicuique scrutandorum numerus assignetur, non ultra sexaginta.
- 3 Ut autem una lingua loquatur omnes in iudicio terendo de vestibus, batba, colore caligarum, & eiusmodi, conueniant hi semel ante Synodum coram Episcopo, & iuxta Tabellam Scrutinij conferant inter se, quid communiter sic censendum, ne contraria videantur sentire, aut laxius alij alijs.
- 4 In hoc conuenit dabitur cuique Praefecto Tabella Scrutinij sancta, ut supra capit. 11. danda infra in 4. part. c. 4. num. 6. & præterea in Schedula assignabitur unicuique tum Cleri pars examinanda, tum locus, id est, Capella Ecclesiæ Cathedralis pro Scrutinio, qua distributio Cleri, & Capellarum sub talibus tali praefecto. ut Clero Pateat, in folio, seu folijs affixis in Ecclesia, eti am ipsi curat Praefecti ad formam describendam in 4. p. cap. 9. num. 11. præter Secretarium. Habeant etiam catalogum eorum, quos quisque scribatur debet.
- 5 Quisque item Praefectus, eligere potest scribam, ut notet responsiones subiectorum Scrutinio. sed ipsem eti am scribat ea, quæ secretò communicantur, tanquam gratuitoria.
- 6 Ut autem delatores aliorum secreto habentur; & tamen, si opus est, idem repeti possiat circa ea, quæ deposuerint contra alios Praefectus adhibeat notas aliquas, solus ipse noscat, & delata nemini communicet, nisi Episcopo.
- 7 Scrutinium sumet exordium à publicatione Decreti de Scrutinio; & exerceri poterit etiam domi, extra sessionem Synodalem.
- 8 Scribant ordine, quo per catalogum quæque vocant; qui si habuerit omnia requisita iuxta Tabellam Scrutinij, satis erit scribere, Habet omnia, &c. si minus, notentur ea tantum, in quibus quisque defecerit.
- 9 Omnino notent, qui ad Scrutinium non accedunt, ut dent condignas penas.
- 10 In describendo Scrutinio, si eadem for-

R 4 ma

Vna eathæ vtantur omnes, poterit in fine
consilii liber Scrutini, offeruandus inter
Acta congruentius.

i. A fine usum dimitatur Synodus, valde vtile
est, ut hi Praefecti conueniant coram Epis-
copo, & summarie referant communio-
rem statim totius Cleri, quod si quid in
communi monendum erit, Decreto oppor-
tuno imminenti malo prouideatur, autem
quam difeedat Clerus.

ii. Qui ex his Praefectis non habent in Syno-
do locum, aut sedem propriam puta, quia
neque Canonici, neque Parochi sunt, sedere
possunt à rēgo Vicarij Generalis, ut p̄st̄o
quoque sint cum eo ad procurandam disci-
plinam Synodalem in Clero, iuxta Tabel-
lam ea de re etendam, ut supra; eius p̄-
civua cura Praefectis incumbit.

iii. Peracta Synodo dabunt Episcopo Acta in
Scrutinio, distinctè scripta, cum catalogo
eorum, qui tenebantur accedere, & eorum
qui non accesserunt: & in fine totius scri-
pturae subscrivant propria nomina, cogno-
mina, & titulum Praefecti Scrutini.

DE IUDICIBVS QUERELARVM & excusationum. Cap. XXIV.

Duo, vel tres viā cum Vicario generali
deputati solent ad audiendas contro-
uersias, seu querelas, qui prout de iure, bre-
viter tamen forma iudicij adhibita, illas diri-
mant, & has dijudicent.

2 Idem excipiant libellos supplices datos pro
excusatione absentium examinandos deinceps
de per acta Synodo.

3 Si quis nalcuntur controversia de ordine se-
dendi, seu procedendi, idem breui manu
componant, citra p̄iudicium an. bartum
partium.

DE PROCURATORE CLERI. Cap. XXV.

VT quiete, sine tumultu, agantur om-
nia, sicut alièubi deputati ab Episcopo
Procurator Cleri, ad quem aeat Clerus, ut
eius nomine cum Episcopo communis nomi-
ne agat in Synodo, si quae forte decernantur
difficillora, quod si Clerus cum elegerit ad
alia negotia Cleri, ille ipse poterit etiam ab
Episcopo nominari, agat autem peccata in
Synodo venia ab Episcopo, & cum debita
modestia, & reverentia.

2 Quæcumque peccet nomine Cleri, perat illi
scriptis Secretario dantis. Vide in 4. part.
cap. 8.

DE OCNONOMO, ET Cathedralico. Cap. XXVI.

Quicquid solvatur pro Cathedralico,
quod varium est variis in locis, pro eo
exigendo constitutus Oeconomus; & is el-
se sollet Magister domus Episcopi.

2 Solent Episcopi quandoque condonare Ca-
thedralicū, quod in Decreto erit expi-
endum, nē fiat in p̄emdicium Episcopa-
lis Cathedre.

3 Est enim introductum in honorem Cath-
edræ Pontificalis: quod alij vocant Synodati-
cum, quia solvit in Synodo.

4 Regulariter duo solidi solvuntur in pecu-
nia vñiali, ut patet ex consuetudine com-
muni, & ex Actis Eccl. Mediol. Neapo-
li ex antiqua consuetudine Catoleui quin-
que.

5 In Provincia Mediolan. ex Actis eiusdem
Ecclisiæ, solvit tantum a Parochis, alibi
ab alijs quoque beneficiatis. attendenda erit
locorum confluendo.

6 Non placet illa exigendi quotannis Synodati-
cum (nisi aliud consuetudo postulet) omis-
sa quotannis Diocesana Synodo.

ANNOTATIO. §. 4.

Non potest Episcopus angere Cathedrali-
cum, ex Dece. Congreg. Cardi. super
negotia Episc. in una Isernen. 15. Iun. 16. 19.

DE CONFESSARIIS CLERI. Cap. XXVI.

Expedit, & p̄sertim in prima Synodo,
quod Episcopus remittat Clerum suum
à Synodo bene purgatum à peccatis, illumi-
natum Decretis, & vñitum ibi, & Deo: id
circo deputare poterit sex, vel octo Confes-
sarios sacerdotes, & regulares cum omnimo-
da Episcopali facultate ad audiendas Cleri
Diocesani Confessiones.

2 Imò eiusdem communicare poterit faculta-
tem, quam habet in capite. liceat. Conc. Trid.
sess. 24. cap. 6. ut tollantur si quae sunt, secre-
tae irregularitates à Clero.

3 Terminus autem prædictarum facultatum
satis erit, à diebus sex, vel octo ante Syno-
dum, ad totidem dies post Synodum, & pro
Clero tantum.

4 Hic vero tempore Synodi conueniant in
Ecclesiæ Cathedrali ante sessiones, & post
eas, ut quemcumque de Clero accedentem
audire possint, domi quoque eos audire po-
terunt, si ij yeliat: non autem tempore actionis

nisi

nis Synodalis. omnino vero adfint omnes pro Communione Cleri.

D E M A G I S T R I S CÆR E M O N I A R V M
Cap. XXVIII.

- 1 **D**uo saltem Magistri Cæremoniatum cligi debent; quorum alter Episcopo taurum inferiat, alter Promotoribus, & Secretario: uterque toti actioni Synodali.
- 2 Habeant igitur Indicem quisque suum, & omnino concordem. cum Indice Secretarij, de quo supra c. 20. n. 12. in quo tota series, & ordo breuiter indicetur, qualem infra suo loco dabitur. in 4. part. cap. 12.
- 3 Publicari, & indici Synodum procurent, in Festo Epiphaniae ad præscriptum Pontificalis Romani, & vt supra cap. 2. num. 1.
- 4 Tum adfint Congregationi consultorum, de qua c. 7. & stantes, cooperito tamen capite, audiant, vt exequantur mandata; reuerenter etiam suggesterant, si quid occurrit prenotandum pro Synodali actione.
- 5 In primis autem eorum curæ sit apparatus Cathedralis Ecclesiae, de quo supra caput. 9. vna cum Sacristi.
- 6 Præterea que ad habitum Cleri spectant, de quo cap. 13. ad processiones cap. 14. ad Horas Canonicas, & Missas Synodales c. 15. ad musicos concensem cap. 16. ad campanarum pulsationem cap. 17. nu. 2. ipsi procurent.
- 7 Ad ea item, que infra præscribuntur in actione Synodali diligenter attendant.
- 8 Cum Sacristia agant pro præparandis ijs, quæ necessaria sunt ad Missas Synodales: & præter consueta, parentur tria thuribula pro incensando Clero.
- 9 Nam, Diacono incensante Cletum Cathedralis Ecclesiae, fere statim (incensatis primis Canonis) duo Thuriferarij incensabuntur Clerum, primo Urbanum, deinde Foraneum hinc inde ambo simul, saltem unico ductu cucunque sedilium ordini: & eodem modo ijdem dabunt pacem primo cuiusque ordinis sedilium, & primus alijs de more.
- 10 Pro communione Cleri patari current stolas pro Sacerdotibus rubei coloris, & vinum sufficiens pro purificatione.
- 11 Cetera, que ad Missas spectant, sunt de more: nisi quod in fine Missæ Episcopus non dabit benedictionem, quam dabit in fine sessionis, ex Cærem. Episc. lib. 1. cap. 31.
- 12 Pro Absolutione Defunctorum extenderetur pannus ante sedem Episcopi, & accedente Subdiacono Missæ, cum Cruce, &

- 13 Acolythis cum candelabris, fiet absolutio de more, Oratio erit pro Sacerdotibus, & Episcopis, vt in Missa, vel alia communis.
- 14 In actione Synodali current à Beneficiatis, seu alijs Cantoribus cantari Antiphonam: à Clero Psalmum alternatim, patti ab Urbano, partim à Foraneo, sedentibus: à duobus Cantoribus litanias, vel à musicis: à Canonico parato, & Subdiacono coheret canonico Euangelium; à Musicis Hymnum, Veni creator, post incepsum ab Episcopo primum versum.
- 15 Standum erit à Clero, quando stat Episcopus, vt in Pontificali, & præterea ad Acclamations.
- 16 Genusfectendum erit ad primam Antiphonam ante Psalmum, ad Litanias, ad primos versus Hymni, Veni creator, ad benedictionem Episcopalem, & ad orationem mentalē.
- 17 Sedendum erit ad Psalmum, sermonem, & ad lectiōnem Decretorum.
- 18 Ut autem omnes eodem tempore idem præstant, eligantur sex, octo, aut plures Clerici è grandioribus, vel è Seminario, vel è Clero; qui distributi per varia loca intra Cletum, inveniant quando standum quando genuflectendum, quando sedendum, ad nutum, Magistrorum Cæremoniarum, qui manu eleuata, depressa, & magis depressa, sine clamore, tres illos situs significabunt Clericis prædictis, & hi Clero voce demissa.
- 19 Opportune præmoneant Clerum, de Psalmo, qui cantandus erit, prima & tertia die: Saluum me fac Deus, de Feria quinta initio; secunda die: Deus venerunt gentes, de eadem Feria penultimo loco Nocturni.
- 20 Si afferantur Reliquiæ Sanctorum pro iumento Examinatorum, quod Mediolani fit, eas procurent deferri à prima Dignitate, stola addita sub pluiali, sine velo longo, cum 4. intorticijs de Sacristia, ad Episcopum, qui cum Clero surgit; deinde cum mitra sedens, & in gremio ambabus manibus, vel supra mensam eas tenens, excipit iuramenta. Stabit Clerus ob reuerentiam Reliquiarum. eodem modo reportantur. Videant autem, ne Clerus expectet diutius, & quam par sit, Sacras Reliquias.
- 21 Ordinandæ processioni præterunt ijdem Clerici, qui supra, seu alijs quibus viam præscribent cæremoniaturum Magistri, & terminum eiusdem.
- 22 Current etiam, vt in Altari maiori ardeant sex candela, durante sessione Synodali.
- 23 Hæc præcipua sit attigile satis: Magistri nomen excitat ad omnia bene gerenda; & exactissime.

D E

D E O S T I A R I I S S Y N O D I .
Cap. XXIX.

Non solum ad portas Ecclesiarum claudendas tempore sedis, Synodalis necessarij sunt Ostiarum iuxterum etiam ad excludendos laicos, ut par est, sine tumultu. Debet ergo esse vires graves, disceret, qui etiam possunt admonere eos de Clero, qui suis locis non sedent; sed per Ecclesiam forte vagantur, & fabulis inutilibus vacant.

- 2 Excludant autem laicos, paulo ante, quam inchoetur festio, & omnino nullum ibi permittant sine consensu Episcopi.
- 3 Claudantur portae cum clavis, una excepta a latherali, per quam iij, qui de Clero sunt, eant & redeant pro necessitate corporali.
- 4 Ante ultimam processionem aperiantur omnes portae, ut populus introire queat ad laudes diuinas pro gratiarum actione.
- 5 Si quem reperierint contumacem laicum, eum deferant ad Episcopum, cuius mandatum exequantur promptissime, etiam si sit penale.
- 6 De Clericis, qui sibi non obediunt, agant cum Praefectis disciplinae Synodalis.
- 7 Numerus eorum erit ad arbitrium Episcopi, habita ratione portarum, Cleri, & laicorum, qui conuenire solent.

D E C O N C I O N A T O R I B U S S Y N O D I .
Cap. XXX.

Pro sermone ad Clerum datur materia in Pontificali, nimis tamen, de disciplina Ecclesiastica, de diuinis mysteriis, & de correctione morum in Clero, secundum ea, quæ Episcopo videbuntur utiliora.

- 2 Et ibidem dicitur, quod si at per virum doctum idoneum, sed hoc intellige, quando Episcopus sermocinari vult, quod cuperem maximè, si possit. certè commodius nunquam potest moneri, & moueri totus Clerus, quam in Synodo Diocesana, exclusis laicis.
- 3 Alij recitari iubent Orationem latinam, quam non improbo; sed conuenit illa magis Concilio Provinciali, quam Diocesana Synodo. ut autem omnes intelligent, & amplectantur ea, quæ ad Cleri mores attinent, hodie latine dicta minus efficiunt.
- 4 Prima, & secunda die prescribitur sermo in Pontificali, & post Venerabiles; quod magis placet, quam post Euangeliū; nisi forte Concionator de Euangeliō Synodali Thema sumeret ad dicendum.

5 Non ultra dimidiata horam sit sermo, ne impediatur actio reliqua Synodalis.

6 Datur Concionatori benedictio ab Episcopo de more, sed absque Indulgencij, quæ non conceduntur, nisi in fine totius Synodi.

7 Omnino vero Episcopus, antequam dimittat Synodum, verba sacra ad Clerum, eo meliori modo, quo seit, & valet, paternè adhortans, eum ad executionem Decretorum. locutus autem opportunus erit, antequam aperiantur Ecclesiarum portæ pro ultima processione. ex Concil. Provinciali. Mediolan. & hæc de Officialibus Synodi. transcamus ad Officiales Cleri.

D E E X A M I N A T O R I E B U S .

Cap. XXXI.

De consilio predicatorum consultorum debet Episcopus ante Synodum diligere examinatores Cleri, Iudices canularum testes Synodales, & Pancretiores Collegiaturum, & Clericorum alios Officiales eiusdem Cleri, secundum variam locorum consuetudinem, ut suò tempore, & loco proponantur Synodo.

2 Et primo examinatores sunt in duplice differentia: nam ijs, qui examinare debent promouendos ad beneficia curata, sunt necessario approbandi in Synodo, at alios ad examen ordinandorum, seu approbandum ad audiendas Confessiones potest Episcopus eligere; etiam extra Synodum, & arbitratu suo.

3 Primi Ordinis ergo, approbandi in Synodo, plures proponi debent, ut ex ijs saltē sex a Clero approbentur, ex Concil. Tridentini regula scilicet cap. 18. plures tamen ad honorem aliquorum approbari solent, & debent.

4 Qui assumuntur è Regularibus, proponantur Clero de nomine, & cognomine noti, secundum Officij, quod habent, titulo ad plenioram validitatem examinis in concursu Parochialium, & ne contingat ambiguitas, aut valeat concursus.

A N N O T A T I O .
§. 5.

Nominatio Examinatorum ex titulo officij, quod Regulares habent, V. G. Prior S. Dominici, Guardianus sine Lector S. Fratris efficit, quod approbatio facta à Clero non cadit, nisi super eum, qui tempore Synodæ erat Prior, seu Guardianus, seu Lector, non autem in successores eorum in ijsdem gradibus

bus, quos ignorat Clerus, & Rota sapius declarauit, fuisse nullum illud examen in concursu Parochiarum, in quo assuit successor Examinatoris approbati tantum ex titulo: non de nomine, & cognomina, ut docet Garzias de benef. tom. 2. part. 9. c. 22. dub. 2. fortasse valeret eo casu, quo proponitur Prior S. Dominici, qui pro tempore fuerit. hoc enim modo approbatur etiam successor à Clero, quicunque ille fuerit.

5. Ceteri ij esse debent omnino, aut Magistri in Theologia, aut Doctores, vel saltem licentiati in iure Canonico; & ex ordine Mendicantium assumi possunt, ex predicto Concilio, aut non Mendicantium Regularium, quod si desint eiusmodi, eligi possunt alij Clerici magis idonei, ex declarat. Conc. Trid. quam recitat Massobr. in Praxi de concursu Requis. II. dub. 2. in fine.

6. Pro quorum examinatorum approbatione duplex est modus; vel imprimendo eorum nomina in schedulis conciendi in virnam, cum notis A. R. uimurum Approbationis, & Reprobationis, electisque compi omislatissima quod in Synodo fit Mediolanensis. Vel breuius interrogando Clerum voce alta per Secretarium. Placent ne vobis? & hic modus hodie magis est communis in insignioribus ciuitatibus.

A N N O T A T I O .

§. 6.

Stephanus Quaranta V. Synodus, recitat litteras Sacra Congreg. Concil. Trident. datas die 11. Iulij 1592. ad Patriarcham Venetiarum in quibus approbatur aterque modus, per vota secreta, seu aperta, eligendi Examinatores in Synodo. Semper tamen approbandi erunt tum maiori parte suffragiorum; vel cum dimidia, ut dictum in Synodo 6. Dicæc. Mediol. eorum, qui sunt presentes in Synodo legitime congregata. Lege Massobr. in Praxi de concursu Requis. II. dub. 7. & 8.

7. Iurare debent Examinatores approbati, ex Concil. Trid. ad Sacra Dei Euangelia.

A N N O T A T I O .

§. 7.

Nihil refert, an ij iurent super Euangelia, vel Sacras Reliquias Sanctorum, puto S. Carolum introduisse SS. Reliquias pro iuramento: tum ut in Synodo appareat veneratio Sanctorum (continet eum Synodus om-

nium) ferè Catholicorum dogmatis doltrinam, & præmixtum vero etiam, ut non ita ritus. Examinateores exciteantur magis ad obseruandum id, quod ipsi iurant. relinquunt ergo arbitrio Episcopi, penes quem tamen S. Caroli auctoritas esse debet in hoc generi summa.

8. Absentes iurabunt in manibus Episcopi, seu Vicarij Generalis extra Synodum. quod idem prætabunt ij, qui pro tempore succedunt iam approbatis à Clero, vt dictum est in annotat. §. 5. antequam accedant ad examen, in concursu parochialium Ecclesiastrum.

A N N O T A T I O .

§. 8.

Qvia dubitant Doctores, an singulis annis eligendi sint, & approbandi examinatores, addunt plerique hodie in fine Decreti, De Examinatoribus, hanc clausulam: Quorum Officium duxerit, donec altera Synodus habeatur & valeret Decretum, quid vero agendum sit de mortuis omnibus Examinateoribus, vt alij subregentur extra Synodum, ad nos now attinet, quia casus extra Synodum est. Vide Massobr. loco citat. Requis. 12. dub. 2. & 3. seu Garziam de benef. par. 9. cap. 2. num. 8. & 73. ubi ex Clem. VIII. decreto docent, eos eligi posse cum consenserit Capituli usque ad tempus futuræ Synodi.

De Ludicibus Synodalibus. Cap. XXXII.

1. **I**udices quibus delegenda erunt cause à S. Sede Apostolica, vel eiusdem legatis, debent esse omnino in Ecclesiastica dignitate constituti, aut Personatum obtinentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicci. Conc. Trid. sciss. 25. c. 10.
2. Nec refert, quod ij forte non sint Doctores: quia potest deinde dati. Allels.
3. Quatuor saltem ex Concil. Trident. nominandi erunt aut etiam plures & hodie praesertim quam plures eligendi erunt ob constitutionem Gregor. X. V. de Conservatoriis editam ann. 1621. vt Regularis è numero iudi cum Synodalium diligere sibi possint latiori facultate Conservatores suos, ait Papa.
4. Horum approbatio fit eodem modo, quo Examinatorum, de quibus supra. neque tamen iurare tenentur, quemadmodum Examinateores: & ducant eodem modo.

ANNO.

ANNOTATIONES. §. 9.

- C**anonici Regulares, aut Monachi, etiam si sint in Cathedrali Ecclesia, non sunt capaces delegationum Apostolicarum ex Archidiac. Geminian. & Butr. in cap. statutum 11. de rescript. in 6.
- 2** Canonici Collegiarum, etiam insignium, alioqui Doctores, non possunt esse Iudices Synodales, etiam si nullus Doctor reperiatur, nec eis aptior in Capitulo cathedralis, & inter obsidentes dignitates, ex declar. Sacra Congreg. Conc. Trid. quam recitat Massobr. de Synodo cap. 4. dub. 10. in fine.
- 3** Neque item Canonicus in Cathedrali dispensatus super minori estate, ut fuse probat idem Massobr. loco cit. dub. 11.
- 4** Poteſt autem eligi Index Synodalis, Protoneſtarius Apostolicus, ex eodem Massobr. dub. 12. tum Vicarius Episcopi, dub. 13. hoc est, Generalis, non Foraneus.
- 5** At in Provincie Mediolanensi debent nominari omnes Canonici Cathedralium Ecclesiarum Iudices Synodales in gratiam Regularium illius Provincie, ex Decreto quod ego legi authenticum apud Episc. Laudens. à Sacra Cong. Conc. Trid. ediso die 27. Septemb. 1614. & habetur infra p. 4 circa finem.

De Testibus Synodalibus. Cap. XXXIII.

- T**estes Synodales dicuntur, quia in Synodo diliguntur, alias electi extra Synodum, dicerentur tantum Testes publici: iij vero debent esse viti graues, zelo disciplinae clericalis illustres forma facti Cleri, verbo, & exemplo potentes.
- 2** Septem constituntur, in Actis Ecol. Mediol. Concil. Prouin. 5. sed & plures arbitrio Episcopi pro amplitudine Diocesis, assumi possunt.
- 3** Si palam nominantur, & adsint in Synodo, inferi ibidem, alias extra Synodum, si absint; vel, si schedula secreto habeantur.

ANNOTATIO. §. 10.

- P**lures Episcopi hodie non euulgent nomina Testium, ut liberius possint exercere munus suum, minori cum odio Clericorum, quos deferre debent ad relatum. iurabunt ergo hi secreto in manibus Episcopi.

De Punctatoribus. Cap. XXXIV.

- I**n Collegatis Punctatorum munus est notare absentes ab Horis Canonicis, aut

Missa; & solent esse duo: tum vt alter eorum saltem intersit: tum, vt, ambobus concordantibus, absit suspicio infidelitatis in noctando.

- 2** Episcopus in Provincia Mediol. ex Actis eiusdem, in Provin. Conc. 1. debet alterum elegere, alterum Canonici. Vterque iurat, ex Concil. Mediol. Provin. 4. hic iurat in capitulo, ille in Synodo, ex Concil. Mediol. Provin. 5.

De Iuramento Examinatorum, Testium, & Punctatorum. Cap. XXXV.

- I**uramentum erit praestandum mane, ex Concil. Provin. Mediol. 4. & hoc 4. ideo dicuntur, ve eius ratio habeatur in distributione partium torius actionis Synodalis.
- 2** Et eo modo, quo supra diximus de Examinatore, poterunt iurare Testes publice nominati, & Punctatores ab Episcopo electi.

De Officialibus Cleri. Cap. XXXVI.

- A**d aliquorum præ alijs indicanda matrem, & plenioram in Clero rerum notitiam, consueverunt Episcopi prudentiores distribuere officia Clericalia in Synodo, pro consuetudine locorum, & varia necessitate rerum.
- 2** Declarantur itaque primo loco consuletes S. Officij, si penes Episcopum sit tribunal, vt Neapol.
- 3** Recognitiones librotum imprimendorum.
- 4** Reuiores Indulgentiarum, quæ à S. Sede Apostolica obtinentur.
- 5** Praefecti Musicæ, ne in Ecclesijs prophana cantentur, aut indecora.
- 6** Syndici, seu Procuratores Cleri pro immunitate, & alijs.
- 7** Praefecti, & administratores Seminarij, tum spiritualium, tum temporalium rerum.
- 8** Praefecti disciplinarum clericalis in cuitate, distributis classibus clericorum.
- 9** Vicarij Foranci, & Piores Confraternitatum Parochorum.
- 10** Visitatores generales.
- 11** Prior Doctrinæ Christianæ.
- 12** Confessarij speciales Clericorum minorum.
- 13** Praefecti Fabricæ Ecclesiastice.
- 14** Aduocati, & Procuratores pauperum.
- 15** Oeconomi beneficiorum vacantium.
- 16** Vicarius Monialium.
- 17** Praefecti funeralium.
- 18** Praefectus spiritualis carceratorum.
- 19** Praefecti Processionum.

20 Pix.

- 20 Præfectus Orationis 40. horarum.
Pænitentiarij minores Cathedralis.
Præfecti chori.
Recognitores onerum Missarum.
Præfecti communium Cleri.
Dispensatores eleemosynarum ex concionibus collectarum.
Recognitores calendarij.
Reufores administrationis locorum piorum.
Præfecti Confratriarum.

De Reduclione Missarum.
Cap. XXXVII.

- 1 N eadem Congregatione consultorū præfatorum erit agendum, si opus est de forma reducendi Missas seu Anniversaria, quæ scilicet ante Concilium Tridéntinū imposita fuerant; irrationalia nunc tēporis effecta.
2 Nam de Missis post Concilium relictis, facultas reducendi, commutandi, & eas moderandi reseruata est hodie Summo Pontifici, vel Sacrae Congregationi Conc. Trid. vt initio Decreti dicitur, de celebratione Missarum, sub Sanctissimo D. N. Urbano Papa VIII. die 21. Iunij 1625.

De Praefide synodi absente Episcopo.
Cap. XXXVIII.

- 1 Si casus accidat, quod Episcopus infirmatur, aut alio vocetur, neque velit prorogare Synodum in aliud tempus, videndum erit de Praefide eiusdem Synodi. qua in re addam plura non aspernanda.
2 Et quidem, si proroganda sit in aliud tempus, erit hoc significandum vniuerso Clero formula propria, de qua infra in 4. p. c. i. n. 5.
3 Si nolit eam prorogare, Vicarius Generalis eam conuocare poterit, de speciali mando Episcopi.
4 Verum, quid, si Vicarius non sit Protonotarius Apostolicus, sed vel Canonicus, vel Praepositus collegiatæ inferioris, qui casus contingit Nouariæ sub Carolo Episcopo nostri Ordinis à Basilica Petri. Difficulitas erat propter habitum in Synodo. quem decebat esse, vel patrem, aut superiorem habitu Canonicorum. non enim vii poterat ille Rochetto, & mantelletto; neque volebant eum Canonici Cathedralis Ecclesiæ sedere supra ipsos cum pluiali, quæ erat vestis propria Praepositi Collegiatæ S. Gaudentij, tunc Vicarii; vti vero mantello communi longe minus eum decebat in Synodo.
5 Vocavit igitur Episcopus regrotus Hiero-

nymum Septalem Protonotarium Apostolicum, quem cum litteris patentibus Præsidem Synodalem declarauit, & Congregatiōnibus Synodalibus, de quibus haec tenus, tūm Synodali toti actioni merito præfecit.

De Ceremonijs Synodalibus absente Episcopo.
Cap. XXXIX.

- A Ctum igitur est de ceremonijs adhibendis, præsente prædicto Praefide, absente Episcopo, & auctore huius operis actionem Synodalem dirigente.
2 Et quidem soleminibus Missis ille interfuit in Choro supra Canonicos; Præposito primam Missam cantante, & Canonicis reliquias duas; iuxta Decreta Sacrae Rituum Congregationis relata à Genitien. in praxi Neapol. cap. 52. circa finem, & alijs.
3 Sedentibus deinde omnibus in loco sessionali, sed ita tanquam præses, in medio Cleri in sede coriacea supra vnicum gradum, tapete sublitrato, eleuata; rochetto, & mantelletto indutus, cæteris Canonicis pluialia, planeta, & dalmaticas indutis. quo de tamen habitu dubitari posset; an parandi sint, absente Episcopo. & ego negarem; tūm quia Episcopus abest, tūm quia Praefidus predictus habitus est inferior habitu Canonicorum solemini; debet autem præcedere tūm loco, tūm habitu. Certe ad Missam primam cappas gestarunt Canonicci supra rochetto, de more.
4 Lectæ fuerunt à Secretario Synodi patentes littere de constituto Praefide.
5 Qui statim inchoauit Antiphonam, & reliqua addidit, vt in Pontificali.
6 Ad Euāgeliū benedixit incensum de more, & Diaconum, cuius librum osculatus est in fine, non tamen fuit incensatus, quia non erat paratus pluialis.
7 Recitauit Orationes, & Hymnum inchoauit, Veni creator.
8 Sermonem habuit ad Clerum de suggestu tertia die, & præclarè.
9 Totam actionem Synodalem prosecutus est, quam Episcopus præstissem, excepta benedictione in fine sessionum, à qua abstinuit.
10 Ad osculum pacis recepit Clerum, vt solebat Episcopus.
11 In fine Processionis ante Synodum Canonicus Hebdomadarius in cornu Epistolæ dixit Orationes præscriptas in fine Hymnotum, & Psalmotum.
12 Vicarius autem Generalis, in processione quidem ibat cum suis Canonicis, vti Praeposi-

positus cum pluuiiali: at cum eodem pluuiiali
in actione Synodali sedebat in sede alias pa-
rata pro Vicario Generali, de qua supra cap.
v. n. 7. que omnia obseruari possunt, quando
absente Episcopo, Vicarius Generalis, & si-
mul Protonotarius Apostolicus, praeficitur,
Synodo cum mandato speciali.

De ultimo agendi pridie Synodalis actionis.
Cap. XL.

- 1 **H**is ita ritè constitutis, pridie diei indi-
cæ pro inchoanda Synodo affigi de-
bet i schedulae de hoc initio, pluribus in lo-
cis, ad formam infra prescribenda part. 4.c.
1. num. 6.
- 2 Pulsandæ sunt campanæ festino sonitu à pri-
mis Vesperis, ex extremo loco cit.
- 3 Habenda est coram Episcopo Praefecto-
rum Scrutii, iij Congregatio, de qua supra c.
23. n. 3.
- 4 Officiales quique se comparent ad propria
munera diligenter praestanda; quos ideo
moneri curerit Episcopus tum per Tabellam
in loco publico affixam, tum singillatim per
idoneos viros, tanto ante, ut per octo saltēm
dies id certo sciant, & prout supra iisdem
praescriptum est agant diligentius.

5 Affigantur Tabella, Disciplina Synodalis,
& Capitum orationis publicæ pro quibus
scilicet orandum est à Clero: tum in Palatio
Episcopi, tunc ad valvas Ecclesiæ Cathedra-
lis, & intra eandem.

6 Dum Clerus singillatim ad ciuitatem ve-
nit, & Episcopum adit, ille benigne omnes
exciptiat: & si quid singillatim velint sugge-
tere, libente iudicabit.

7 Idem Episcopus cum Magistris Ceremo-
niarum eligat sibi ministros de more pro
Missa Pontificali, & assistentes Diaconus pro
fessione Synodali, si forte ij occupati sint
alijs muneribus ad Synodum spectantibus,
qui alioqui deberent assistere.

8 Prescribat horam conueniendi ad Syno-
dum, tam mane, quam à prandio & item
terminandi sessiones.

9 Proponatur Edictum de processione ha-
benda per Vicarium Generalem, ut in 4. part.
c. 6.

10 Secrerarius deniq; recognoscat omnia, quæ
imprimi, describue curauit, iuxta ea, quæ
in Congregationibus Synodalibus fuerunt
praordinatae; & præfertim Tabellas omnes,
ut supra, requiras, cum notula Officialium,
catalogo Cleri, & Decretis in Synodo legen-
dis.



DE